Woiakowski Subdapifer Premisliensis et Humnicki Roborant

Comparens plurimum coram Officio Actisque personae Castrensis Capitulo-
bus Premysliensibus Eminenti Gaspar Woiakowski Subdapi-
fer Premysliensis ab una, et Eminentissimus Joannes de Humni-
ska Humnicki praesentem ab Altera sani mentibus et cor-
poribus existentes, a Terris Distributionibus, Juribus, Jurisdictioni-
busque suis quibusdam proprijs et competentibus recedentes Prae-
sentes vero Jurisdictioni Castrensis Capituli Premisliensis quo ad Actum
praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis gulatim vel bysto-
talis et plenarie subijciendo et incorporando palam libere publice
ac per expressum recognoscunt, et quilibet illorum suo pro interesse Regis.
Quia sibi mutuo et invicem una Pars alteri cum Personis Utriusque
Partis, se ac suos successores in et super bonis suis gulatim omnibus
ac summis poenarijs quibusdam habitis et habendis inscribunt et obli-
gant praesentem Intercisam certam inter se Recognitiones ratione certarum
rerum et Conditionum ibidem contentarum de Actu et data eiusdem
hic Premysliae die hora in Actu contenta, consecrandis manibus
Contrahentium subscriptam, in omnibus et singulis eiusdem Intercisae Con-
ditionibus, punctis clausulis, articulis vadio, ligamentis ac nexi-
bus gulatim universis firmiter tenere complere, exequi ac invicem
observare, omnibusque et singulis illius contentis, tum in toto quam in
quarum minima parte satisfacere, praefatam Intercisam ad Inscriptionem
praesentem Roboriam, et Inscriptionem praesentem Roboriam, ad praefatam
Intercisam Vicissim in toto referendo. Idque sub Vadio Mille
Octingentorum et quinquaginta florenorum polonorum per partem
parti cum successoribus Utriusque Partis ob non completionem contento-
rum Intercisae praefatae tam in toto quam in quarum minima parte
totiens quotiens opus fuerit, ad solvendum succumbentes. Pro quo

qui

Pro quo quidem Vadio modo premisso ad solvendum succo agere aliqua Pruntl ex premissis non completa complendo, Citatus etiam Mrata Pars una premissa non tenens sive eius Successores ad Justam partis alterius premissa tenendum sive illius Successorum Ab Officium Pris Castrensi Capitis Premyslien extunc recessu Supersedendo quo ad respon spectat mediante Spiritu in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Jure parere, respon Vadium prefatum luere, Jurisdictioni huic satisfacere ac se iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia obligat et inscribit, Illum Terminum primum peremptum et alios omnes exinde Causas eiusdem consequentes Terminos Spiritu peremptos Vera infirmitate, Pro Maiori, Minorennitate Successorum, Legatione intra Vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, Vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietionem Ultra praedictos Terminos Officij prefati Castrensi Premyslien dilationem hibi non recipiendo. Nullatenus Monitiones, Appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac premissa omnia poenis Simplicibus, Vel Triplicatis Evacuationibus, suspensionibus, fatalijs Juris, Praescriptione Termini bello conventionesque, ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec evadendo. His praesentibus personalibus Recognitionibus ad premissa omnia mediantibus.

Idem et Grochowski Robert Yant.

Comparentes praeter Coram Officio, Actisque praesentibus Castrensibus Capitalibus Premyslien Eruditi, Gaspar Woinkowski Subdapifer Premyslien ab Una et Albertus de Grochowce Grochowski parte ab Altera, Sacramentis et corporibus extentis, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque Suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesentibus Vi Jurisdictioni Castrensi Capitis Premyslien quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus

ac